

ODE ALCAICA,  
 QVAM  
 MEMORIAE  
 GENEROSAE ET NOBILISSIMAE OMNIBUSQVE  
 SUI SEXUS VIRTUTIBUS  
 DECORATISSIMAE FOEMINAE,  
 SOPHIAE DE PONIKAU  
 NATAE SPORIAE,  
 DOMINAE in Bombsen/Wauenhoff  
 & Schönborn / c.  
 SACRAM  
 & Observantiae erga Generosissimam Familiam Suae  
 TESTEM  
 ESSE VOLUIT  
 CHRISTIAN-FRIDERICUS Franckenstein/  
 PROF. PUBL.

LIPSIÆ,

LITERIS SPÖRELIANIS,

ANNO MDC LXXIV.



Lugubre Carmen Melpomene dabis !

Vocesqve tristes & qverulos sonos

Effunde Musa, luctuosa

Pectora concutiente thyrso :

Scatere mandes lumina flumine,

Et corda curis: syndone planctibus

Deterge palpebras madentes

Et caput alticoma cupresso

Obnube lugens. Scilicet exitus

Expectat omnes: Ibimus, ibimus

Omnes: per orbem qvique exstat

Transvehitur Stygiâ carinâ,

Vel nunc vel olim. Cernis ut Æolus

Sylvas citato corripit impetu ?

Cernis per agros perq; fruges

Ut rapidis ruit Ister undis ?

Tali triformis se quoque proripit

Latona cursu: Quæ Fidei immemor

Morumqve Fortunæqve terris

Fert tacitam sine fronde taxum.

Non si trecenis difficilem bubus

Plutona places, si sterilem feras

Vaccam Dianæ, sustinebis

Indomitas cohibere Parcas.

Ergone

Ergone pulchram cæsariem Tibi  
Vis sæva fati, parcere nescia,  
O STELLA SEXÛS FOEMININI  
PRAERADIANS, SOPHIE, recídit?

Qvàm multa virtus, quæ Pietas Tibi  
Morumqve splendor, qvi Pudor adfuit?  
An conjugì quondam sacratæ  
Dextra fidesqve parem videbunt?

Non ordo Avorum, non Genus inclytum?  
Non nota terris maxima Nomina,  
Sortisqve dona blandientis  
Vim poterant inhibere Fati?

Ut FILIORUM nobile PAR gemit,  
Et voce Matrem ter vocat ultimâ?  
Suspirat altè, lugubresqve  
Dat sonitus, revocatqve Matrem

COSPOTHIANI quæ Thalami decus  
Et lumen audit. Fallor an ipsemet  
Suspiriis commotus Ejus  
Ingemuit SOPHIÆQVE planctus

Perfolvit HEROS? Tota domus dolet:  
Singultit undis Nereidum cohors:  
Tristesqve casus & sinistram  
Rura dolent crepuisse Taxum.

At, quam supernis sedibus addidit  
Virtus, scelestis præcipitem procul  
Furata terris, illa planctus  
Et gemitus meruisse Vobis

Est

IX 21 3985

Est visa? pronis illa volatibus  
Spernens caducas, quas colimus, domos,  
Invasit Arces, quâ decemplex  
Itque redivitque subinde gyros.

Hic vel supremi Numinis in sinu,  
Jacet reclinis, serpere nubilo  
Crasso vel obscurum stupefcit,  
Quicquid habet spetiosa Tellus.

Hæc cogitabis, qui SOPHIEN doles,  
Luctumque franges. Protenus expedi  
Mortalitatis nube mentem,  
Et poteris domuisse Fatum!



III

VDT7

ML



ODE A  
 QUAM  
 MEM  
 GENEROSÆ ET NOBIL  
 SUI SEXUS  
 DECORATISSIM  
 SOPHIÆ DE  
 NATÆ S  
 DOMINÆ in B  
 & Schön  
 SAC  
 & Observantiæ erga Gen  
 TES  
 ESSE V  
 CHRISTIAN-FRID  
 PROF



QVE  
 AU  
 ff  
 stein/

d.